



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ  
Deuotæ**

**Richeome, Louis**

**Coloniæ, 1610**

Pectus esse imaginem memoriæ. Colloq. XLVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

Augustinum opera bona facien- *Auge-*  
do. Verum sicut manus præcipuum *narr. in*  
sanctarum actionum, gloriæ, & vir- *Psal. 76.*  
tutum instrumentum est, ita peccati  
& poenarum organon vnicum &  
conuenientissimum sit, cum impro-  
bè faciendi institutum tenemus, &  
in quolibet flagitiorum cæno nosmet  
volutamus. Patet nunc ergo funda-  
mentale eam instrumentum esse, æquè  
gloriæ ac poenarum; tum potentiâ,  
libertatem & omnes denique qua-  
litates voluntatis pulcherrimè ex-  
primere & repræsentare.

*Pectus esse imaginem Memoria.*

COLLOQUIVM XLVII.

**V**ERVM accedamus iam- **THEOL.**  
nunc tandem memoriam  
excellentissimam hominis  
partem elegantissimè per capacita-  
tem pectoris receptaculi partium *In sacra*  
vitalium nobilissimarum, quod dia- *scriptura*  
phragmate clauditur ac termina- *sapè cor*  
tur: est enim plane memoria capaci- *pro me-*  
tas atque adeo spirituale animæ pe- *moria po*  
ctus, cuius ex partes sunt vt quam *ni vide-*  
*mus.*

○ 6

fide-

fidelissimè sibi concredita ac apud  
 se deposita conseruet: nam quem-  
 admodum capacitas illa pectoris  
 corporis partium receptaculum est,  
 & quasi quædam memoria corpora-  
 lis, ita nihil absurdum & inconue-  
 niens fuerit, si eam quoque figuram  
 spiritualis nuncupemus. Ideo enim  
 in sacris literis frequenter admo-  
 dum cor quod in hac parte residet  
 & commoratur, pro memoria sum-  
 ptum esse videmus, vt S. Lucas ait,  
 Beatissimam Virginem Mariam ea  
 quæ à filio suo dici audiverat aut  
 geri videbat, cordi suo quam firmis-  
 simè infixisse, volebat videlicet di-  
 cere, insculpisse eam illa memo-  
 riæ non ceræ, non lubricæ, non  
 fugaci, sed memoriæ cordis re-  
 centissimæ, viuæ atque adeò et-  
 iam prægnanti. Usurpatum idem  
 planè à Poetis memini, quibus in-  
 solens nihil esse visum fuit pro ve-  
 geta & eleganti memoria cordis  
 vocabulum adhibere. Ita ergo  
 nunc imaginem animæ primum &  
 in genere ex corporis rectitudine  
 adumbrauimus, tum in specie in  
 parte

*LUC. 2.  
 19.*

*Memo-  
 ria cor-  
 dis.*

parte superiore & inferiore, & in tribus istis corporis facultatibus pulcherrima quadam symmetria animæ interioribus potētis respondentibus.

*Anima Imaginem in facie & manu velut in duobus paruulis voluminibus esse depictam.*

## COLLOQVIVM XLVIII.

**E**T quoniam præclara admo- THEO.  
 dum & laude digna res est,  
 Dei opera publicare & euul-  
 gare, quemadmodum magnus ille  
 Nuncius & cælestis Tobix Dux di- Tob. 12.  
 cebat, hanc mihi etiam operam fu- 7.  
 mendam esse duxi, vt apertius ad-  
 huc tibi & aliquanto luculentius in  
 specie corporis venustatem depin-  
 gam, pulcherrimè illam reuera &  
 elegantissimè animæ in duabus ad-  
 modum partibus proportionatam,  
 in quibus cælestis illa sapientia ne- Pro. 8.  
 scio quid artificij ac speciminis mi- 3.  
 hi adhibuisse videtur, dum in ijs  
 non aliter quam duobus paruulis  
 voluminibus mirabili planè linea-